

intolerabiles et occupationem propemodum infinitam. omitto enim antemeridianum tempus, cuius munera pro officio negligi^(a) fortasse non liceat, assistentiam quidem sacrorum quotidie, alternis vero diebus nunc audientiam publicam, nunc solita concistoria et pro 5 opportunitatibus rerum ac temporum publica vel privata; verum quid est quod eum videmus estate media, cuius intemperies molestior esse^(b) quam hiemis solet, a meridie in solis occasum, nonnunquam etiam in noctis tenebras sedere, nunc signantem libellos, nunc decernentem epistolas, nunc legationes audientem, nunc decadente 10 negotia privatorum; nam que ad reipublice causam attinent, tractari magis ac discuti in privatis concistoriis de fratum consilio consuevere; nec vero nisi auditis omnibus qui aut adsint aut pro tempore audiri^(c) potuerunt, refectionem capere aut quietem? ita ceterarum 15 omnium rerum potior est illi cura quam sui, ac, nisi vel^(e) a ministris vel ab hora intempestiva^(f) moneatur^(g), neque cibi neque somni neque proprie commoditatis pre studio officii causeque publice meminit. non estum^(h) inter hec neque frigus, non famem sitimve sentire creditur, semperque recentior ad agendum resurgit⁽ⁱ⁾ quam ante considerat. labore videtur nutriti ac studio, quiete 20 laxari, qui, cum diversis ministeriis diversos ministros adhibeat, unus tamen patientia laborum omnes fatigat, ipse infatigabilis manens. nec vero est hec^(k) unius diei tantum sed quotidiana illius vita: non die festo vacat, non feriis otiaatur, cumque illi interea omnes compatiantur^(l), unus ipse non miseretur sui. at 25 michi^(m) quidem videtur et ceteris qui de hac sepe re loquuntur⁽ⁿ⁾, non modo papatum^(o), sed et si totius orbis imperium possideri simul possit, cum hac occupatione^(p) admittendum non esse. et liceret quidem ei more superiorum pontificum parcus de se agere, sibique non pro valitudine modo verum^(q) etiam pro relaxatione 30 animi interdum indulgere; ipse vero, dum nichil egisse^(r) putat si

Non si limita ai
doveri d'ufficio e
che si compiono la
mattina,

ma nemmeno si dà
tregua dagli affari
pubblici durante
l'opprimente calo-
re estivo, e qualche
volta va avanti si-
no ad ora tarda di
notte, senza pi-
gliarsi cibo o ri-
poso.

Né è questa la
vita d'una sola
giornata, ma di
tutte e persino di
quelle festive; sic-
ché ai suoi curiali
vien spesso detto
che a simili condi-
zioni essi non ac-
cetterebbero l'im-
pero del mondo
tutto quanto.

Eppure, nono-
stante la sua in-

(a) *Go* negl. pro off. (b) *Go* est (c) *P Go* audituri *G* audituri (d) *P Go* in
ceterarum (e) *G* om. vel (f) *G* hora iam intemp. (g) *G* moveatur (h) *Go* estus
(i) *P* exurgit (k) *Go* circa hec *G* agg. in marg.: circa (l) *P* illi intercationes com-
patiantur *G* interentiones (m) *P G* ut mihi *Go* sul. mihi (n) *G* loquantur *G* in
marg.: loquentur (o) *P* prepatum *Go* e *G* nel testo: papatum *G* in marg.: principatum
(p) *Go* occupatione hac (q) *P G* valetudine necessaria verum (r) dum nec egisse